



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

23. Quid de illorum, qui contrahunt coram parochio casu ante illorum fores  
præterunte?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

## Q V Æ S T I O XXIII.

Quid sit de illorum, qui contrahunt coram parochia  
 clo casu ante illorum fores præ-  
 tereunte?

Quæstionis explicatio.

**C**onstat necessariam esse præsentiam pa-  
 rochi ad valorem matrimonii sicut &  
 testium, eamq; non tñ physicā, hoc est, cor-  
 poralem, sed & moralem & humanā, qua  
 ultra physicam addit, ut usum rationis ha-  
 beāt, & utriusq; partis cōsensum intelligāt.  
 Disputatur vero à quibusdam, an hæc præ-  
 sentia parochi & testium præter aduertenti-  
 am intellectus requirat etiam voluntatis  
 consensum, ita ut si præter voluntatem, vel  
 casu adsint contrahentib. & aduertant il-  
 los contrahere, non sit matrimonium: hu-  
 jus occasione queritur, quid si pastor nolit,  
 vel non ausit præsentiam suam exhibere  
 peste infectis contrahere volentibus, illi  
 vero contrahant in præsentia parochi ante  
 fores illorum præter intentionem præter-  
 euntis, eritne hic modus cōtrahēdi validus  
 & tolerandus? *Responsio.*

**E**rit validus, quia hodie fere omnes do-  
 cent ad præsentiam humanam parochi  
 & testium sufficere aduertentiā intellectus  
 siquidem secundū (a) iura dī aliquid coram aliquo  
 a l. corā Tit. v  
 ff. de ver. obl.



a Sess. 24.  
initio.

aliquo fieri, quãuis is inuitus adsit, si aduertat: Cum ergo Concilium solum exigat matrimonium celebrari coram parochò & testib. satisfit, si ipsis præsentib. quamuis inuitis celebrètur. Præterea saluatur finis illius decreti (a) Tridèntini ex eius præfatione collectus, cū iam matrum talium constet ecclesie, nec publice possint aliud inire, quod principaliter quæsiuit Concilium. Et hæc doctrina vñ certã, cum dicantur Cardinales ad interpretationem Concilii deputati itã præsentiam de qua agitur, explicasse.

Dices, quando in iure aliquid fieri præcipitur coram aliquo, debet is interessè moraliter secundum suum modum & officium, vt si sit aliquid faciendum coram notario & testibus, non satis est notarium interessè, vt testem, sed exercentem suum officium, ergo cum Concilium præcipiat matrimonium fieri coram parochò & testibus, non petit assistentiam parochi solum vt testis, sed vt illius qui intersit munus suum obeundo, at parochi munus est non puri testis, sed assistentis nomine ecclesie approbando matrimonium, & præbendo sacramento auctoritatẽ, quæ non præstatur ab eo qui inuitus aut casu ad aliud vocatus interesset: Et confirmatur, quia Concilium vult vt parochus viro & mulierẽ interrogatis, & eorum

mutuo



mutuo consensu intellecto, dicat: *Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, vel alia verba proferat iuxta præceptum vniuscuiusq; prouinciæ ritum, ergo non sufficit ad præsentiam parochi qualiscumque aduertentia, sed requiritur etiam voluntaria.

R. Concilium vtramq; præsentiam postulare, sed diuersimode; petit n. illius præsentiam vt testis qualificati, id est, habentis parochi dignitatem tanq̄ de essentia, & rursus tanq̄ præstantis auctoritatem nomine ecclesiæ, solum ex illius præcepto: Et consequenter ad confirmationem dicimus, si propter periculû contagii vel similem iustâ causam, parochus præsens non proferat illa vel similia verba, nihilominus ad valorem matrimonii sufficere illam præsentiam.

Q V Æ S T I O X X I V .

*Quid sit de illorum, qui contrahunt coram testibus primo occurrentibus, puta mendicis, excommunicatis, infamibus, seruis, ancillis?*

Quæstionis explicatio.

**C**ertum est ad valorem matrimonii requiri adesse duos testes cum parochio: certum quoq; est exigi vt testes v sum rationis habeant, præsenteq; sint moraliter, vt